

Alte Drucke

**HIER. ZANCHII || MISCELLA-||NEORVM || Libri Tres.|| AD ||
AMPLISSIMVM SE-||NATVM ANTVERP. ET AD ECCLE-||SIAS,
QVÆ PVRIOREM ANTVERPIÆ || profitentur ...**

Zanchi, Girolamo

Neustadt/Haardt, 1593

VD16 ZV 27950

EPISTOLA, AD LECTOREM tum scripta.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-149561

EPISTOLA, AD LECTOREM
tumscripta.

MIRABERIS, scio, cur has meas prælectiones non expoliuerim prius quàm in lucem darem: sed ita rudes & eodem planè stylo, hoc est, scholastico, quo etiam in Schola à me habitæ fuerunt, emisericim. Sed si causam huiusce facti audieris, pones admirationem. Ea autem hæc fuit: nimirum ne quispiam possit calumniari, me alia & aliis verbis in Schola docuisse, quàm modò in medium vulgus proferam. Multa quidem in iis libenter mutassem & correxissem: non quòd impium aliquid in eis agnoscam: sed quòd quædam potuissent melius disponi, & explicari. Sed quia (vt dixi) quæstio est, quid & quomodo docuerim: mihi non licuit neque in sententiis neque in verbis quidpiam mutare. Qua de causa omnes doctos rogo atque obsecro, vt quidquid in hisce meis paucis *αὐτοχρηστῶς* deprehenderint vel superuacaneum, vel nimis concisum, vel minùs elaboratum: illud totum mihi condonent, limatiora alia posthac (si Domino placuerit) & castigatiora foras paulatim daturò. Cogor enim (vt quisque videre potest) non sine magno animi dolore hos meos immaturos & nondum bene formatos fœtus ante tempus edere, & quasi abortare. Ceterùm modò nihil in iis aut monstrosum aut inanimum, hoc est, quod non sit & antiquum in Ecclesia & orthodoxum, inueniatur: satis mihi in præsentia fuerit. Quanquam illud etiam excusare me debet apud viros bonos, quòd ipse Moses narrat, Dominum Deum cùm crearet cœlum & terram, principio materiam quandam rudem, informem atque impolitam creasse, quam propterea Moses *Tobu vabohu* & Poëtæ Chaos appellarunt, deinde illam creata luce illustrasse, postea paulatim variis rerum formis distinxisse, expoliuisse, exornasse, donec omnia fecisset perfectæ atque absolute, qua de causa totam hanc machinam *κόσμον* ab ornatu Græci appellarunt. Si igitur imitatus exemplum Dei optimi maximi, post hoc meum *χάθη*, si non elaboratissima & politissima (quod non valeo) saltem limatiora dederò: non deerit viris bonis cur me nunc excusatum habere debeant. Vale. Clauennæ 15. Octobr. 1565.

E